Czerchawski Antonii: Quaestio metaphysica de ente spirituali substantiali.

Czerchawski Antonii

Quaestio metaphysica de ente spirituali substantiali.

IN NOMINE DOMINI AMEN.

QUÆSTIO METAPHYSICA

De Ente Spirituali Substantiali.

Ex Libro 3. Aristotelis de Anima Tex. 64. & 12. Metaphysicorum Textu 19. & sequentibus

DESUMPTA

&

Sub Felicissimo Regimine

Magnifici Perillustris & Admodùm Reverendi Domini.

D. M. CASIMIRI JARMUNDOWICZ,

Utriusque Juris DOCTORIS & PROFESSORIS, Ejusdemq; Facultatis DECANI, Ecclesiarum; Collegiatæ Sanctorum Omnium Cracoviæ CUSTODIS, Parochialis in Luborzyca CURATI, Contubernii Starnigeliani & Alumnatûs Roszczeviani PROVISORIS, Studii Generalis Universitatis Cracoviensis Vigilantissimi.

RECTORIS



A

M. ANTONIO CZERCHAWSKI.

Philosophiæ Doctore ejusdemq; ac Cursûs Vladislaviani actuali Professore Collega Minore, Ecclesiarum; Collegiatæ Sanctæ ANNÆ Crac. Canonico, Sancti ADALBERTI in Circulo Crac. Præposito:

Pro Loco in Collegio Majori obtinendo, publicè ad disputandum,

In Lectorio Clarissimorum Dominorum Theologorum

PROPOSITA

Annô Domini 1761. Die 14. Mensis Februarii

CRACOVIÆ Typîs Seminarii Academ: Diœcesani

QUÆSTIO METAPHYSICA

U. Ens ſpirituale ſubſtantiale ſive Infinitum ſive finitum omnino exiſtat, illudq; ſit immateriale, intelligens, ac perſe notum. nec ne?

CONCLUSIO I.

Ens ſpirituale ſubſtantiale, tam Infinitum quàm finitum, omnino exiſtit.

COROLLARIA

I. ENs ſpirituale ſubſtantiale Infinitum ſcilicet Deum, uti omnium aliorum entium Cauſam dari plus quàm certum eſt.

II. Præter Ens ſpirituale ſubſtantiale Infinitum, dantur in rerum natura alia entia finita ſpiritualia ſubſtantialia, tam completa, quàm incompleta.

III. Dicta entia ſpiritualia ſubſtantialia finita completa, Philoſophi Intelligentias, Theologi Angelos vocant.

IV. Anima rationalis eſt ens ſpirituale ſubſtantiale, finitum incompletum in ſtatu ſeparationis actualiter exiſtens, non verò mens, ut *putat Carthesius.*

V. Eſsentia animæ rationalis potiùs in facultate cogitandi, quàm in actuali cogitatione conſiſtit, *prout idem Carthesius contendit.*

CONCLUSIO II.

Ens ſpirituale ſubſtantiale, tam Infinitum quàm finitum omnino eſt immateriale.

COROLLARIA

I. DEUS ita eſt actus puriſſimus, ut ſit omnis materialitatis expers.

II. Tam

II. Tam Intelligentiæ quàm animæ rationales ſunt ſubſtantiæ immateriales, nullam habentes materiam phyſicam, qualem illis *adſtruunt Sadducæi.*

III. Animæ brutorum nequaquam ſunt ſpirituales, ut *noviſſimi Philoſophi fabulantur.*

IV. Falſum eſt tot eſſe entia ſpiritualia, quot ſpecies ſenſibiles rerum, ut *voluit Plato.*

V. Intelligentiæ per applicationem ſuæ virtutis ad locum, animæ verò rationales ſeparatæ, per ordinem ad corpus ſunt in loco, non verò tam hæ, quàm illæ, per actualem cogitationem, ut *Purchotio* viſum eſt.

CONCLUSIO III.

Nullum eſt Ens ſpirituale, tam Infinitum, quàm finitum, ſubſtantiale, quod non ſit Intelligens.

COROLLARIA

I. DEUS eſt ſupremum Intelligens, omnes res naturales etiam omnis cogitationis expertes ad ſuum finem dirigens.

II. Tam Intelligentia, quàm anima rationalis ſeparata per ſpecies omnium rerum ſibi inditas, illasque intelligibiles, cognoſcunt Ens Increatum ſcilicet DEUM,

III. Intelligentiæ per ſpecies ſibi à DEO concreatas, animæ verò humanæ ſeparatæ, per ſpecies ſibi à DEO in inſtanti ſeparationis infuſas omnia finita, tam immaterialia, quàm materialia intelligunt.

IV. Intelligentiæ, neque Ens Increatum per ſpeciem ſuperadditam, Eſsentiæ Ejus immediatè repræſentativam, neque res materiales per ſpecies ab iisdem acceptas cognoſcunt, ut *Scotus & Alexander Alenſis ſentiunt*

V. Tam Intelligentiæ, quàm anima humana ſeparata, Ens Increatum & entia creata non cognoſcunt per ideas ingenitas. ut *Cartheſius, Purchotius & plerique Recentiores fingunt.*

CONCLUSIO IV.

Omne Ens ſpirituale, tam Infinitum quàm finitum exiſtere, eſt per ſe notum.

COROLLARIA

I. Hæc Propoſitio: *Deus eſt*; ſolum à poſteriori demonſtrabilis eſt.

II. Ens Infinitum ſcilicet DEUS à nobis naturaliter cognoſci non poteſt, immediatè, & ſine diſcurſu.

III. Propoſitio *Carthesii* DEUM eſse notiorem quò ad nos, ſubſiſtere nequit.

IV. Falſa eſt opinio *Carthesii* aſserentis ſpiritum notiorem corpore.

V. Nec dantur, nec dabiles ſunt ideæ ſive notiones innatæ intellectui noſtro à *Recentioribus* confictæ, clarè & diſtinctè repræſentantes omnes res, tam materiales quàm immateriales.

HINC

ENTI Spirituali Infinito Laus, Honor, & Gloria, in æternum.



Permiſſu Magnifici Domini

RECTORIS,





